

S. P.

Ex quo mentem tuam. Reverendo Pater, discedens intellexi de
 confutanda Disputatione in ultimam professionis horam, simul de
 Gratiancula valedictoria statim a disputatione, ut monueras, habenda,
 cogitare capi: Itaq; jam tam in promptu habeo: et aliquid insuper
 Politici: ne dum bene de Parentibus, perperam de Musis mereri videar.
 Excusis Thesis, videbis quid inter eas controversiarum tricas,
 patrocinante Phaebo a pacificis viribus impetrare valeerim.
 Disputationis porro diem in aliquot hebdomadas non inuitus disculi:
 ob ingentem ejusmodi disceptationum frequentiam, quae instantibus,
 uti nunc, ferys, variis a variis moveri solent; quippe horam et voluptatem
 et utilitatem, dum quidem in Academia versamur, negligere imprudenter
 duxerim. Ultra temporis commodi me in doxoraxiar meam
 preparo, et quod prudens nauca solet aduersa tempestatis moram
 instruendo nauigio impendo. Haec volui rescire ne esses. Te,
 Reuer. Pater, Vale. Lugd. Bat. Propriid. Non. Jan.
 C19 120 XVII.

Filius tibi obsequens
 Constantijn Huygens

Patri Hendrick^{ms}
C. L.

